Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Liber

m tamen. Precepitq; moyses
filijs israel dicens. Hec erit terra
que sorte possidebitis, et quam
iussit dari dominus nouem tribubus
et dimidie tribui. Tribus enim
filiorum ruben per familias suas,
et tribus filiorum gad iuxta nu
merum cognationum media quo
que tribus manasse abiere due se
mis tribus acceperunt partem suam
trans iordanem ortum iericho ad
orientalem plagam. Et ait dominus
ad moysen. Hec sunt nomina
virorum qui terram vobis diuident.
Eleasar sacerdos, et Iosue
filius nun, et singuli principes
de tribubus singulis, quorum ista
sunt vocabula. De tribu iuda
caleph filius iephone. De tri
bu symeon samuhel filius a
miud. De tribu benyamin e
liadad filius caselon. De tri
bu filiorum dan, bocci filius iog
li. filiorum ioseph de tribu
manasse, hamuhel filius ef
phod. De tribu effraim, ca
muhel filius sephtan. De tri
bu zabulon, elisaphan filius
pharnach. De tribu yssachar
duxi phaltiel filius ozan. De
tribu aser abiud filius selomi.
De tribu neptalim phedahel
filius ammiud. Hii sunt quibus
precepit dominus, vt diuidant israel
terram chanaan. Capitulum xxxiiii.
Et quoque locutus est
dominus ad moysen in
campestribus moab iuxta iorda
nem ortum iericho. Precipe
filijs israel, vt dent leuitis de
possessionibus suis urbes ad
habitandum, et suburbana con
per circuitum, vt ipsi in oppidis ma
neant, et suburbana sint per
ambitum ac uinetis, a muris
ambitus forinsecus per cubitum
mille passuum spacio tendent.
Contra orientem duo milia
erit cubiti, et ad meridiem
similiter duo milia. Ad mare
quoque, quod respicit occiden
tem erit mensura, et
septentionalis plaga equali
tinmo finiet. Erunt urbes
in medio et foris suburbana.
De ipsis autem oppidis, que
leuitis dabitis vi. erunt in fu
gitiuorum auxilia separata, vt
fugiat ad ea qui fuderit
sanguinem, et exceptis hijs
alia xl duo oppida erunt simul
xl viii cum suburbanis suis.
Hecque urbes, que dabitur de
possessionibus filiorum israel, ab
hijs qui plus habent, plures
auferent, et qui min pau
iores, Singuli iuxta men
suram hereditatis sue, dabunt
oppida leuitis. Et dixit
ad moysen. Loquere filijs israel
et dicies ad eos. Cum ue ris
transieritis iordanem in ter
ra chanaan, de terrae que
urbes esse debeant in presidia
fugitiuorum, qui nolentes san
guinem fuderit, in quibus cum fue
rit profugus cognatus occi
si eum non poterit occidere, donec
stet in oppido iudicium, et
causa illius iudicetur. De ipsis
autem urbibus, que ad fugitiuorum
subsidia separantur, tres erunt
trans iordanem, et tres in ter
ra chanaan, tam filijs israel, quam
aduenis atque peregrinis, vt
confugiat ad eas, qui nolens
sanguinem fuderit. Siquis
ferro percusserit, et mortuus fuerit

qui percussit
reus erit